

cepit, Babyloniam provinciam quoque subjugavit. Quod si de vastatione per Chaldaeos est sermo, exemplum quoque ad rem facit. Nam et Babylon à Persis capta est atque diruta, cum eam tamen florentissimam possedissent per multos annos Assyrii ab uxore Nini aedificata. Vide Strabonem; apud quem etiam videbis navium usum in Babylone, et quo modo Alexander navibus partim ibi collectis, partim ex Syriaco mari plicatilibus per terram ad Euphratem advectis, et in Babylone compactis, Arabas invasit. Ex quo auctiore disces, Tyrum terrae motibus licet ferè totam collapsam, et ab Alexandro obsidione captam, calamitates omnes evicisse, et seipsam navigando instaurasse. Navalis enim ejus potentiae et apparatus signum est multitudo et magnitudo coloniarum, quas Iberiam usque emisit. Sed nescio an de hac restauratione hic sit sermo. Quid si cum populo Dei capti, et eodem redempti sunt? Certè Propheta à restauratione visibili ad invisibilem per Christum statim transit, ut mox videbis. SICUT DIES REGIS UNUS. Paucissimos enim reperias ultra Septuaginta annos regnasse. Adde quod Hebraei aetatem totam regis Septuaginta annis circumscriptam volunt, quod hanc excedere non soleant reges. POST SEPTUAGINTA AUTEM ANNOS. Sensus expressit. Hebraea ad verbum, à fine septuaginta annorum; ubi accipe expressum antecessens pro relativo, ut saepe solent: quare reddidi quibus expletis, ne opus sit particulam illam supplere. QUASI CANTICUM MERETRICIS, *quae canticum velut meretricis*, id est, dulciter et suaviter canet, ut ad se allicita gentes. Ubi vides meretricum rei meretriciae comparari; habent enim maximam inter se similitudinem concupiscentiae carnis ac divitiarum.

VERS. 16. — CANE. *Nagen de symphonia dicitur; estque sonare in instrumento musico.* Et Psalm. 68, distinguuntur cantores à neginim, qui sunt musici instrumentales. Et de Davide dicitur 1 Sam. 18: *David sonabat manu sua*, etc. Ego hic cum sit infinitivus secundae, reddere possumus pulchrè ludendo multiplici (vel frequentia) canticum; ut scilicet utrumque genus musicae exerceat. Est et quoddam musicae genus quo alienatum à nobis Deum revocamus, dum pectus, sceleris conscii, pulsamus, gemitus et lacrymas fundimus. Ille vero nostri memor, cor contritum non despicit, et auribus percipit lacrymas nostras; et rursus in amplexu meretricum et peccatorum ruit amabilis illa puritas, qui et convivium facit et symphoniam adesse jubet, redeunte ad se filio prodigo.

VERS. 17. — VISITABIT. Jam dixi multò augustioris significationis esse Hebraeum *phakad* quam Latinis visitandi verbum; hic curam habere ac rationem dicere possumus: non enim in perpetuum irascitur Deus. AD MERCEM SUAS. Credo legendum *mercedem*. Nam vox Hebraea *ethanen* est à verbo *thanah*, *mercedem dedit* vel *donum pro opere turpi*, ut solent amatores invicem merendo tribuere. Estque synonymum cum *bade-nim* et *nadah*, ut ex Ezechiele liquido constat. Et quamvis de mercibus earumque commutatione sit

sermo, erat tamen metaphora servanda; quod et mox explicat. SUPER FACIEM TERRAE. Non est invenusta Hebraeis haec redundantia, et supplent participium verbi substantivi existentibus, vel quae sunt, *super faciem terrae*. Ex omnibus enim regionibus orientibus ad Tyrum merces deferabantur, atque inde in totam oram maris Mediterranei, et contra. Ut igitur nobilitatem emporii et multitudinem negotiatorum significaret, pleonasmò usus est.

VERS. 18. — MERCEDES EJUS. Hic *fursus merces* in significatione superiori accipienda est. Atque eadem voce hic uti voluit Isaias quia usus fuerat Moses Deut. 25, quando prohibuit *ne merces meretricis inferretur in domum Dei*, non solum ut de qua mercede loqueretur insinaret, verum etiam propter mysterium, ut scilicet adesse significaret qui sanctificaret omnia immunda, et regnum Dei meretricis et peccatoribus patefaceret. Quo pacto autem *lucra ex mercatura Domino sanctificarentur* mox explicat; quod scilicet essent in usus servorum Dei, cui opponit *recondi et reponi*; hoc enim est avarorum, qui in hoc seculo *thesaurizant*, neque sunt in Deum divites. At quos Deus *visitat*, quorum curam suscipit, etiamsi sint negotiatores et à mercatura non abstante, cum tamen sanctissime pertractant, et juxta consilium Apostoli *facile communicant divitias suas*, et in sinum pauperum eas maluit recondere, quam ubi *arugo et tinea vim suam exercere possunt, et fures effodere et furari*. Hic, queso, considera, christiane lector, quam liberali loquendi formà usus sit Propheta: *Erant, inquit, habitantibus coram Domino*. Illi erunt veluti illarum facultatum domini. Ab aliis quidem velut ipsorum ministris acquiruntur; sed ipsarum usus cedet servis Dei, ministris Domini, qui ei assistunt, qui Domino perpetuò famulantur. Neque illis est otium ad ea comparanda quae humanae vitae sunt necessaria. Ubi animadvertite in regno Christi illas facultates Domino Deo sanctificatas dici quae in victum et vestitum servorum Dei et ministrorum domus ejus expenduntur; et haec praestare Tyrios postquam Deus eos *visitat* et illorum *habet rationem*. Ut vel ex hoc loco convincatur haeretici, qui preter mentem Dei esse asserunt alere homines qui in Ecclesia Dei die noctuque Domino assistunt ac ministrant; cum ad saturitatem usque arcas divitum patere velit Spiritus Christi famulis suis. Et quidem eos decet victu et quibus *tegantur contentos esse*; at qui ea acquisierunt, paratos ad satietatem usque illis suppeditare. Et *vestiantur usque ad vetustatem*. Ad verb., et ad operimentum *durabile*, id est, ut nunquam eis desit operimentum. Quem sensum nequaquam rejicio. Sed licet verbis Hebraeis ea significatio, quam omnes hic afferunt, tribuatur, non alia est adhibenda interpretatio. Non enim vestes diu duraturas significat; sed potius habitus servorum Dei ad manum quo vestimenta semper coeant. Nihil enim hic frugale legis, sed liberalitatem spirant verba. Caeterum aliam interpretationem attuli, quam à nemine observatam hactenus vidi; ut sciat lector Hebraea eam quoque admittere, et, ut ego quidem

sentio, non contemnendam. Est ergo Hebraeis verbum *casas*, *ammeneravit*, *collegit*, *additionem fecit*; et opponitur verbo *manah*, de summâ seu multitudine detracti: aded ut haec duo verba duas primas arithmetice species, additionis et subtractionis, significant. Ab illo autem verbo est *meches*, ejusdem significationis cum *mebes*, *ammeneratio*, *additio*, *collecta*, *collatio*, *contributio*, Exod. 12, et Num. 27. Quare si puncta auferas, hunc sensum subesse posse nemo vir doctus dubitabit: *Erit negotiatio ejus ad*

CAPUT XXIV.

1. Ecce Dominus dissipabit, et nudabit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus.

2. Et erit, sicut populus, sic sacerdos, et sicut servus, sic dominus ejus; sicut ancilla, sic domina ejus; sicut emens, sic ille qui vendit; sicut fenerator, sic is qui mutuum accipit; sicut qui recipit, sic qui dedit.

3. Dissipatio dissipabit terra, et direptione praedabitur: Dominus enim locutus est verbum hoc.

4. Luxit, et deluxit terra, et infirmata est; defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terrae.

5. Et terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissinaverunt fedus sempiternum.

6. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabant habitatores ejus? Ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci.

7. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui labantur corde.

8. Cessavit gaudium tympanorum, quievi sonitus luctantium, conticuit dulcedo citharae.

9. Cum canticum non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

10. Attrita est civitas vanitatis: clausa est omnis domus, nullo introeunte.

11. Clamor erit super vino in plateis; deserta est omnis habitatio; translatus est gaudium terrae.

12. Relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas.

13. Quia haec erunt in medio terrae, in medio populorum, quomodo si paucae olivae, quae remanserunt, exultantur ex oleâ; et racemi, cum fuerit finita vindemia.

14. Illi levabunt vocem suam, atque laudabunt; cum glorificatus fuerit Dominus, hinc inde de mari.

15. Propter hoc in doctrinis glorificat Dominus; in insulis maris nomen Domini Dei Israel.

16. A finibus terrae laudes audivimus, gloriam Justi. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Vae mihi: praevicacitates praevicacitatis sunt, et praevicacitate transgressorum praevicacitatis sunt.

17. Formido et fovea, et laqueus super te, qui habitator es terrae.

18. Et erit: qui fugerit à voce formidinis, cadet in foveam; et qui se explicaverit de foveâ, tenebitur laqueo; quia cataractae de excelsis apertae sunt, et concutientur fundamenta ejus.

comedendum ad saturitatem, et ad contributionem (seu collectam, seu collectionem) durabilem, quae non exhauriatur; sed semper habeant unde eis necessaria suppeditentur. Similes volebat Paulus *collectas et collationes quae fiebant in sanctis qui erant Jerosolymis, amplas, liberales, non ex tristitia aut necessitate, neque parcas; sed quae abundè hauriret inopiam sanctorum.* Et verisimile est ad hunc locum alluisse in Epistolis suis cum de collectis in sanctos loquitur.

CHAPITRE XXIV.

1. Voici le temps où le Seigneur fera un désert de la terre; il la dépouillera, il lui fera changer de face, et il en dispersera les habitants.

2. Alors le prêtre sera comme le peuple, le seigneur comme l'esclave, la maîtresse comme la servante, celui qui vend comme celui qui achète, celui qui prend à intérêt comme celui qui donne son argent, et celui qui redemande ce qu'il a prêté comme celui qui doit.

3. Il n'y aura que renversement dans la terre, et elle sera exposée à toutes sortes de pillages, car c'est le Seigneur qui a parlé.

4. La terre est dans les larmes; elle fond, elle tombe dans la défaillance; le monde périt; tout ce qu'il y a de plus grand parmi les peuples est dans l'abaissement.

5. La terre est infectée par la corruption de ses habitants, parce qu'ils ont violé les lois, qu'ils ont changé les ordonnances, et qu'ils ont rompu l'alliance qui devait durer éternellement.

6. C'est pourquoi la malédiction dévorera la terre; ceux qui l'habitent, s'abandonneront au péché; ceux qui la cultivent seront insensés; et il n'y demeurera que très peu d'hommes.

7. Le vin pleure, la vigne languit, et tous ceux qui avaient la joie dans le cœur sont dans les larmes.

8. Le bruit des tambours a cessé, les cris de joie cessent; ne s'entendent plus; la harpe a fait taire ses doux accords.

9. Ils ne boiront plus le vin, en chantant; toutes les liqueurs agréables deviendront amères pour ceux qui les boiront.

10. Cette ville de faste est détruite; toutes les maisons en sont fermées, et personne n'y entre plus.

11. Les cris retentiront dans les rues, parce qu'il ne se trouvera plus de vie; tous les divertissements seront en oubli; toute la joie de la terre en sera bannie.

12. La ville ne sera plus qu'un désert, toutes les portes en seront détruites.

13. Et ce qui restera d'habitants au milieu de la terre, au milieu de tant de peuples, sera comme quelques olives; qui demeurent sur un arbre, après qu'on l'a dépouillé de tous ses fruits, ou comme quelques raisins trouvés sur un cep après qu'on a fait la vendange.

14. Ceux-là élèveront leurs voix, et ils chanteront des cantiques de louanges; ils jeteront de grands cris de joie de dessus la mer, lorsque Dieu aura été glorifié.

15. C'est pourquoi glorifiez le Seigneur selon les lumières qu'il vous a données; célébrez le nom du Seigneur Dieu d'Israël dans les îles de la mer.

16. Nous avons entendu des extrémités du monde les louanges et la gloire du juste; et j'ai dit: Mon secret est pour moi, mon secret est pour moi. Malheur à moi! Ils ont violé la loi, et le mépris qu'ils en ont fait est monté jusqu'à son comble.

17. Habitants de la terre, l'effroi, la fosse et le piège vous sont réservés.

18. Celui que l'effroi aura fait fuir tombera dans la fosse, celui qui se sera sauvé de la fosse sera pris au piège, parce que les cieus s'ouvriront pour faire pleu-

19. Confractioe confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commovebitur terra.

20. Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, et auferetur quasi tabernaculum unius noctis; et gravabit eam iniquitas sua, et corruet, et non adiciet ut resurgat.

21. Et erit: in die illa visitabit Dominus super militiam caeli in excelsis, et super reges terrae qui sunt super terram.

22. Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere; et oest multos dies visitabuntur.

23. Et erubescet luna, et confundetur sol, cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, et in Jerusalem, et in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — Quae in hoc capite continentur, de universo orbe intelligunt Rabbini; quos sequuntur nonnulli ex nostris. At res ipsa clamat, et verba ipsa satis ostendunt de Judaea esse sermonem. Mos autem est omnibus ferè gentibus, cum de patria sua loquantur, quod bene aut male habeat, terram absolutè nominare. In ea erè tempora haec conveniunt quando Israel, et postea Jehuda, in captivitatem ducti sunt, in sequentibus enim dicitur quod *relinquendi essent paucissimi*, etc. Multò autem magis quadrant in postream vastationem. DISSIPARI. Participium est *bokeh* verbi *bakak*, *evacuavit*. Per praesens reddidi, nam praesenti quoque utitur cum de re futura loquimur, quando jam rem instare significamus. Aliud etiam participium mox sequitur *bokeh* verbi cuius tantum participia reperuntur; at, ut ex Chaldaeis, quibus *rei clausae apertioem* significat, et ex cognatis verbis conijcimus, significat *confringere* seu *dissipare*, ut *altorum injuriis pateat*, vel *murum*, vel *oppidum*, vel *vineam*, etc. Vulg. transposuisse videtur significata, dum dicit *dissipabit*, et *mutabit*, ordinem rerum secutus. AFFLIGI. Ego propriam significationem expressi. Dicit ergo civitates et muros *dissipandos*, populum in captivitatem *abducendum*, *sedandam* formam terrae propter excisas arbores, exstas segetes, vinea et oliveta; reliquos *dispersionem* per orbem universum: quae an Judaeis conveniant quis dubitet?

VERB. 2. — SICUT POPULUS, etc. Nulla conditionis ratio habebitur. Eadem sors, eadem calamitas *sacerdotes* et *populum*, *dominos* et *servos*, divites ac pauperes involvet. SACERDOS. Verbum *Kohen* non melius reddere possumus quam *sacerdotio fungi*, *ministrare in sacris*, hinc *kohen*, *sacerdos*, neque propriè aliud notat. Et quidem abusivè interdum non est ecclesiastici officii, sed dignitatis et honoris; nequaquam tamen principem absolutè designat, ut mentitur nonnulli Rabbini, Christi hostes, sed eos tantum qui erant regi secretissimi, ut 2 Sam. 20, de *ira Jairita*, quòd *esset kohen David*, et 1 Reg. 4, de *Zabud*, et in plurali 2 Sam. 8, *fili David* dicuntur *kehonim*, pro quo 1 Par. 18 habetur: *Filii David erant primi ad manum*

voir sur eux des deluges de maux, et que les fondemens de la terre seroient ébranlés.

19. La terre souffrira des ébranlemens qui la déchireront, des renversemens qui la briseront, des secousses qui l'ébranleront.

20. Elle sera agitée, et elle chancelera comme un homme ivre; elle sera enlevée comme une tente dressée pour une nuit; elle sera acalée par le poids de son iniquité, et elle tombera sans que jamais elle s'en relève.

21. En ce temps-là le Seigneur visitera les armées d'en haut qui sont dans les cieux, et les rois du monde qui sont sur la terre.

22. Et les ayant ramassés et liés ensemble comme un faisceau de bois; il les jettera dans la fosse, où il les tiendra en prison, et ne les visitera que longtemps après.

23. La lune rougira, et le soleil sera tout obscurci, lorsque le Seigneur des armées aura établi son règne sur la montagne de Sion, et dans Jérusalem, et qu'il aura signalé sa gloire devant les anciens de son peuple.

regis, id est, ad officia regis. Quà ratione autem ad seculares ministros transferatur vide infra c. 61. Illic interim considera quàm indignum sit ministros Domini eandem cum populo sortem subire. Usurpant autem Hebraei notam similitudinis in utroque extremo, quando mutam comparationem et omnimodam collationem explicare volunt, q. d.: *Erit populus sicut sacerdos, et sacerdos sicut populus*. SICUT QUI RECEPIT, etc. Sensus expressit. Ego priorem vocem pro *debitore* et *oppresso* accipit puto; posteriorem vero pro *repetente* et *opprimente*: nam posterior constructum cum *beth*, verbum autem propriè *irruere* significat et sine regimine pro *oppressum* esse accipitur. Infra 41, *siti oppressa*, et Jer. 51, *obruta* (seu *oppressa*) *est fortitudo eorum*. Cum *beth* autem significat *irruere in aliquem*, ut *fenatores* facere solent exigendo credita, et in debitores esse duriores, sicut Dominus eorum ingenium depingit Math. 18, atque in hoc modo significandi accipit interdum *eleph* pro *he*, ut hoc loco vides. Ex his prophetae verbis colligit christianus lector quàm meriti parvi fiant à prudentibus ac sapientibus viris speciosi isti tituli ac dignitates quibus alii alios desideramus antecellere, atque ea omnia quae à nobis vel invidiis tolli possunt; illa autem bona meriti magni fieri quae nemo perturbare, nemo auferre potest, quae scilicet animo constant, non fortuna, aut lingua aut opinioe hominum. Alios itaque virtute antecellere studium sapientis erit.

VERB. 4. — DE LUXU. De his rebus dicitur verbum *nabal*, quae *amittunt succum, virorem, vim, sensum*, etc. Vulg. voluit servare paronomasiam, quae in Hebraeis verbis est *ALAH, NALAH*; idèd dicitur *luxit, defluxit*. INFIRMATA EST ALTIITUDO. Verbum est plurale cum nomine singulari, quod collectivè capitur, et accipitur pro *nobilitate*, id est, nobilibus et regi proceribus. Hos *excelsos* seu *elevatos* vocare solet Scriptura: hic *elevatos populi*, id est, qui in populo sunt quasi proceres arbores aliis brevioribus comparatae. Nec quominus haec de Judaea intelligas, te conturbet nomen *orbis*, nam et supra 45, de *orbe Babylonicò* dicitur, et 44, similiter de particulari orbe.

VERB. 5. — INFECTA, vel *polluta*; nam *canaph*, ut jam supra dixi, est *rem aliam speciem prae se ferre quam antea habuerit*: nostri verbo *contaminandi* aut *polluendi* reddere solent. *Infeci* autem *sub aliquo* Hebraeis est. Idèd *pollutam* rem reddi quòd il super se habeat; sicut *sub aliquo contremiscere terram* est insolitum et importabile quid et indignum perpetrare, quod nequeant homines ferre. Prov. 50: *Sub tribus contremisecit terra, sub servo dominante*, etc. Ita *contaminari sub habitatoribus* est vel eo tantum homine pollui terram, quòd tales habeat habitatores. Unde Vulg. *ab habitatoribus*, alii *propter habitatores*; ego Hebraisum retinui, quòd significantior esset. LEGES. Supra dixi de nomine *thorah* quòd latius pateat quàm nomen *legis*. *Cog* etiam *statuta* in genere significat saepe tamen pro *ritibus* et *caeremoniis* capitur. Ego hic nomine *thorah* in plurali pro *miscehaph* accipio, id est, pro *politicis constitutionibus* et *legibus* quibus vita humana conservatur et tranquillitas in republica, quae *praercepta judicialia* vocant scholastici; at *cog* pro *caeremoniis*, ut dixi; *berith* verò pro *Decalogo*, hic enim peculiariter *federis* seu *pacti* nomine censetur. Terminatio autem illa *olam*, id est, *seculi*, seu *antiquae*, ad singula membra referenda est. Universam itaque legem dicit ab illis violari, et *judicia* quidem et *leges politicas*, quae sunt veluti repugula quaedam et valva ne in illicita prorumpamus, dicit *transgressos*, veluti indomita animalia et petulantia pecudes; ritus autem et cultus, quae *statuta* firma et certa esse oportebat, dicit *mutasse, convulsisse, abrogasse*, tanquam irreligiosos, superbos, ac verbi Dei contemptores; at *federis* quod cum Deo fuerant, quod sanxerant, in quo fides utrinque data fuerat et conventiones declarate, dicit illos *labefactasse*. Est autem *labefactare* *foedus*, irritum facere. Ita loquitur Paulus Gal. 3: *Lex non facit irritum testamentum*, id est, foedus. Singulis ergo nominibus propria verba accommodare Prophetam videbis; atque eos damnare, tanquam in Deum protervos, superbos, atque fœdifragos et perduelles. Ceterum quòd *olam* non *sempiternam* dixi, sed pro *antiquo* interpretatus sum, id praeter auctoritatem Scripturae non est. Nam Gen. 17 dicitur *data terra Chanaan in possessionem olam*, id est, *diu duraturam*; et Deut. 52: *Recordare dierum seculi*, id est, priorum Mal. 5: *Grata erit oblatio sicut in diebus seculi*, id est, olim, ne Judaei putent ex hac voce posse se probare aut circumcissionem aut alia legalia in aeternum fore observanda. Nota quoque hoc loco, quod supra dixit *terram evacuataam, deformem, luctu et maerore confectam, et marcidam*, hic unico vocabulo *pollutam* dicere. Quod enim in hominibus faciunt scelera, hoc in terra ipsa et regno faciunt scelus punitiones et poenae; utuntur inordinatio, siccitates, terrae motus, et hujusmodi mala, quae, ni fallor, Apostolus dicit *genitus* et *veluti parturientis dolores*, quibus plenus est orbis: non quòd il naturalè suà habeat, sed propter hominem; is enim culpà suà fecit ut terra perpetuè seu melioris conditionis laborare videatur, quando videlicet homo plèné restitutus tunc crea-

turæ suam pulchritudinem et gratiam restituet.

VERB. 6. — Est in Hebraeis paronomasia non infensus; *ALAH, ACLAH, maledictio devoravit, absumpsit*, etc. *Alah* propriè *adjurato* est, quà quis cum imprecatione mali astringitur. Et quia in hujusmodi imprecationibus ingentia mala soleant imprecari, crediderim nonnumquam pro ipsis malis sumi, ut hoc loco, et Jer. 29: *Tradam eos in imprecationem et vastitatem*, etc. Quamquam in hoc Jeremite loco esse in imprecationem sumi posset in hunc modum: *Faciam ut, cum quis alteri malum ingens volerit imprecare, dicat: Veniat tibi quod venit illis, etc.*, sicut *dare in benedictionem* hunc sensum habet. Adde quòd in patetis fiebant imprecationes, ut dicitur Deut. 29, et Ezech. 16, imprecatur Dominus quòd desperasset imprecationes, et *labefactasse pactum*. Harum igitur imprecationum quae erant in lege in *labefactasse pactum* meminuit hic Propheta, quòd scilicet terra in desolationem iret juxta imprecationes pacti. PECCABUNT. Ego propriam verbi significationem retinui, quod non tam peccare quàm propriè *culpam* vel *poenam* esse ostendit, *excusabilem*, ac proinde abominandum significat. Quare verbum *peccandi* hoc loco in Vulgato ad *reatum* refer et *poenam*, id est, pro peccatoribus et reis habebuntur, et abominatio erunt, vel potius fuerunt, quia conjungitur verbo praeteritè *devoravit*. ISSAHEENT. Verbum *carah adiri* propriè significat; hinc ad ardorem ire transferuntur; in quà significatione videtur Vulg. accepisse. Ego pro *adulatione* simpliciter accipere, sicut quando Job, c. 50, hoc verbo usus ait: *Os meum adustum est siccitate*. Comparatur autem calamitas in Scripturis igni. Verbis tantum ergo differre existimo quòd praecessit: *maledictio devoravit terram, et adusti habitatores ejus*. RELINQUENTUR NOMINES PAUCI. Hebraisum merito vitavi, *relinquetur homo paucus*. Hoc versu et seq. apertè videre licet qui sint fructus et effectus transgressionis et fractionis divini federis, ut eum talia experimur, causam non ignoremos. Auferet enim sua beneficia ingratis Deus, et, ut est apud alium Prophetam, *liberat lanam suam, panem suum et vinum suum*, tanquam ab injustis possessoribus et tyrannis; et eis relinquit quae ipsos decet, tristitiam, luctum, clamores, ejulationes, et similia (1).

VERB. 10. — ATTRITA EST. Verbum propriè est *frangere*; et de dissipatione murorum videtur esse

(1) VERB. 7. — LUXU VINEMIA. INFIRMATA EST VITIS. *Luxit*, id est, lugere fecit; *infirmata est*, id est, infirmari fecit vilis eos, qui se vino et gula dederunt; quia deducet eos ad horribile Dei iudicium, et ad aeterna gehennae tormenta. Secundo et genuinè, sicut metaphorice dicuntur ridere prata et vineae, cum fronde et fructu luxuriant; ita ex adverso dicuntur lugere et infirmari, cum prae ariditate squales, nec vivus proferunt et vinum, quo deliciae et exultare solent homines voluptuarii. Deus ergo in fine mundi vinetis et agris sterilitatem inducet, tum per ignem conflagrationis, tum per plagas praevias.

VERB. 9. — CUM CANTICO SON RIBENT VENI. Conviis et vino solere tam Judaeos et gentiles, quam Christianos, adhibere cantiones et musicam, ostendi Ephes. 5, 19. (Corn. à Lap.)

sermo. VANITATIS. Hic illud nomen est quod initio Geneseos *inanem* dixit Vulg. : *Terra erat inanis*. Et iuxta etymologiam intellige *inanitatem* seu *vanitatem*, quae dicitur de re quae alioqui ordinem debitum rerum habere possit, illoque caret. Dicitur autem initio terra fuisse *inordinata*, indigesta, non redacta in ordinem, ut quae non montibus, non vallibus, non pratis, non hortis, non silvis, non agris esset distincta, *sed rudis* quaedam *indigestaque moles*. Hic ego *civitatem inordinatam et rudem* accipio, quod gubernatione, magistratibus, iudiciis, mercimoniis, cultibus et sacrificiis, ceterisque huiusmodi rebus, quae in florenti reipublica statu certis locis temporibusque peraguntur, careret ob solitudinem; unde mox addit: *Clausa est omnia domus, etc.*, quod accidit propter pestem, bella et huiusmodi calamitates. Nullo introente. Sensus expressit, ut potuit, vulgatus Interpres. Nam quod alii vertunt, *ne quis ingrediatur*, est non intelligere Hebraismum de quo, cap. 25, vers. 4. Sicut enim utitur Hebraei *ab introitu* pro *extrinsecis*, ita et *ab introitu* pro *extrinsecis*. Quando autem domus ab interiori parte clauduntur, habitatores habent, neque est in civitate solitudo; quando ab exteriori parte clausae sunt, iudicium est manifestum solitudinis.

VERS. 11. — CLAMOR SUPER VINO. Inopiam esculentorum et poculentorum notat. Nomen *clamorem* qualis est *querularum* significat, seu *vociferationem* quae excitatur quando plures simul capere vel emere volunt eandem rem, ut fit famis tempore; vel intellige *querimoniam*, quae feret propter vini inopiam. DESERTA EST LEVITIA. *A* arab verbo *adesperascendi* recte vertas, Jud. 49, et 1 Sam. 17. Notat itaque gaudium, quasi cursu suo peracto, ad finem usque deductum. Sicut enim dicitur de die quod *ad vesperam tendit*, et de sole quod *occubuit vel occidit*; sic quia gaudium diei et luci comparatur, dicitur *gaudium occidisse et ad occasum pervenisse*. Sensus ergo expressit Vulg.; nam *arebah desertum* quoque designat, quod tanquam nomen accepisse videtur.

VERS. 12. — OPPRESSIT. Manifestum est Vulg. hic verbum *incauth* in activâ voce accepisse. Neque enim tunc Biblia punctata erant. At nunc legunt Hebraei puncta vocis passivae, et supplent praepositionem *in*, id est, *contusa est jama in ruinâ*, vel *tumulta*. Mihi tamen magis placet lectio vulgata quod *ruina contuderit portas*, seu *portas*. Sensus idem est. Planum est autem in portis fuisse propugnacula et turres; has dicit collapsas, et munitiones omnes ruinâ comminutas. Haec de civitate Hierosolymitanâ dicta non dubito. Pro solitudine dixi *stupendam solitudinem*, ut aliquo pacto exprimerem vin vocis Hebraicae, de qua cap. 1, et saepius jam dictum est, quod notet *gestum horrentium, abominantium, seu admirantium*.

VERS. 13. — IN MEDIO. Judaea in Scripturis saepe dicitur *medium terre*. Nec dubium quin iuxta dimensiones geographorum Palestina in medio vel circa medium habitati orbis esse videatur. Vel dicitur *futurum in medio terre* et in medio populorum phrasi Hebraea, id est, in regione cui nihil deesse posse vide-

batur, et plaga orbis hominum feracissima, nempe Judaea; à qua videbatur impossibile homines posse exterminari et tantam fore solitudinem, ubi erat hominum maxima frequentia, iuxta promissionem Abraham factam: ut majori admirationi esset oratio; sicut si diceret: Futurum est ut in mari non reperiantur nisi tres guttulae aquae, aut in litore maris paucissima arenula. QUOMODO SI PAUCE. Vulg. paraphrasem egit hoc loco; ego verbum verbo reddidi, quod non obscura esset oratio. *Excussionem enim olive* vocat Hebraismus baccas olivarum quae, post excussionem quae in orbem et circumquaque fit, remanent in extremitatibus ramorum; quemadmodum et *racemationem* vocant racemos qui oculos manusque vindemiantium effugerunt. Fiet, inquit, *excussio generalis ac vindemia* universalis in Judaea; et immensa hominum multitudo interibit; pauci autem nonnulli, qui remanserint, isti excutientur et deracinebuntur: de quibus reliquiis mox seq. versu loquitur. Certè in vastatione Judaeae sic prorsus esse res habuit, praesertim in eâ quae per Romanos facta est. Memineris autem hic, lector, non tantum corporalis devastationis, sed illius etiam spiritalis quam fecit infidelitas ac peccatum. Ex immensâ enim illâ strage pauci et reliquiae quaedam salvae factae sunt: de quibus jam dixi esse apud hunc Prophetam frequentem sermonem, imò esse totius libri praecipuum argumentum et veluti scopum. Ut autem intelligeremus de vastatione ultimâ Prophetam loqui, ait:

VERS. 14. — HI LEVAVUNT, ETC., HINNENT DE MARI, id est, ab occidente; ita enim saepe occidentalem plagam vocat Scriptura, quod mare Mediterraneum ad occidentem esset Palaestinae. At quando, quæso, reliquiae Judaeorum ab occidente laudantur Deum? Non de Assyriâ, non de Chaldaea dici potest quod *ad occidentem* essent. Certè vastatâ Judaea, reliquiae eorum trans mare Mediterraneum in Graeciam, Italiam, Germaniam, Galliam atque Hispaniam translate sunt. CUM GLORIFICATUS, ETC. Ad verbum reddidi in *magnificentia Jehova*. Hanc autem *magnificentiam* sui glorificationem dicere possumus fuisse quod imperium Romanum iugo Christi collum submisit: Tunc certè reliquiae Israelitici populi, Apostoli, apostolicique viri, et quos ipsi primos converterant, letabundi glorificabant Deum, et congratulabantur gloriae Christi; et gentes, quas ad veritatis agnitionem adduxerant, ut *plauderent manu* invitabant, et *jubilarent Deo* in voce *exultationis*, quod *subjecisset populos ipsius, et gentes sub pedibus ipsorum*. Quod enim gaudium fuisse patamus servorum Dei, cum Romanos rerum dominos servos Christi effici vidissent?

VERS. 15. — PROPTER HOC; vel: *Super hoc, super hoc* re (nempe quod Judaeos perdidit, et eorum reliquias servaverit, quae essent veluti semen fidei in toto orbe), *honorate Deum* barbarae nationes, et qui à Judaea et vite instituto et toto orbe dissiditis. Certè mysterium intellexit Isaias, ut mox videbis; et *Judaeorum ruinam* *reparationem gentium*, et eorum *diminutionem divitias mundi esse* previdit. IS DOCTRINIS.

Hunc subseco sensum putavit Vulgatus: Postquam ita à Domino factum est, ut vos pauci Israelitae in regiones gentium dispergamini, ibi Dominum agnoscentes, docete gentes, et *doctrinâ vestrâ Dominum glorificate*. Vocem enim *urim* solet *doctrinas* interpretari, quod lux sit doctrina. Vox autem haec Hebraeis cognationem habet cum derivatis à verbo *iarah*, quae *doctrinam et institutionem* notant. Ita etiam interpretatur *urim* in pectorali sacerdotis: non quod non intelligeret vocem *lucis* significare, id est, lapides lucidissimos; sed mysterium officians intelligebat per *lucis et perfectiones* seu *integritates*, doctrinam cum vite integritate conjunctam à sacerdote requiri: ut nemo sit tam argutus, qui, dum non vult à dictis imperitorum Rabbiorum vel latum unguem discedere, virum doctum et sanctum Hieronymum statim audeat reprehendere, quasi à Judaea quopiam deceptum, cum planum sit hos ipsos censors nullibi non à Judaeis, qui scriperant, seductos, nisi non turpis sit à scribente quam tecum colloquente decipi. Sed ad rem redeo. Ego aliam interpretationem attuli, quod non inepta esset, et *urim* non pro *vallibus* accipio, sed pro *cavernis*, quae luce carent, quasi oppositâ significatione suae radici, quamvis possit esse ab *arah*, ut ferè idem notet quod nomen *meorah*, id est, *caverna*: de quo supra cap. 11. Intelligo ergo cum quodam viro docto Troglodytas, qui *עוֹרֵי תְּרוֹגְלוֹדִיטָא*, id est, *specubus*, in quibus habitant, nomen sortiti sunt: de quibus vide Plin., lib. 5, c. 8. Huiusmodi homines olim sub Aegypto versûs mare Rubrum habitabant, supra modum barbari. Per hos autem intelligit Propheta ceteras barbaras nationes: quibus mox jungit *insulas maris*, id est, extremos quosque populos et *toto orbe divisos*, quales erant Europaei respectu Judaeorum, et quales sunt nunc habitatores Novi Orbis qui ad occidentem est, qui nunc quoque Deum laudant ad fidem Christi conversi. Intelligo ergo moribus et situ à Judaea longè remotas gentes.

VERS. 16. — A FINIBUS TERRE, ETC. Invitaverat gentes ad celebrandum Deum et Dei misericordiam. Nunc ita factum esse significat; *Ab alâ*, inquit, *terrae* (sic enim finem et extremitatem vocant Hebraei) *audivimus decantari psalmos* qui Justo illi Christo Domino iucundissimi sunt. Mos enim fuit omnium Christianorum primis illis Ecclesiae temporibus *psalmos et hymnos Christo Domino decantare*, praesertim in *antelucanis cantibus*: qui mos tantum apud ecclesiasticos nunc retinetur. Vide Tertull. in Apologetico. Hos *psalmos*, has *laudes* per appositionem vocat Propheta *juventutem*, quod res esset Domino acceptissima. Et quos per *cavernas* et *insulas maris* intellexerat, hos nunc *extremi habitatores orbis* vocat. SECRETUM MEUM. Ita malui transferre secutus Vulg. et Paraphrastes Chald., quam cum aliis *maclentiam* aut *maciem*. Nam licet *arah* *macrescere* significet, et in usu sit haec formatio, ut a verbis in deo desinentibus fiant nomina, mutata *he* in *i*od, ad rem tamen de qua est sermo magis accommoda mihi visa est vulgata interpretatio. Neque obest quod in S. Litteris non invenitur vox

haec pro *secreto*; nam neque *rari* pro *macie* alibi reperitur. At Chaldaeis in usu est *rareh* pro *secreto*, et Hebraeis in usu est nomen *roremim*, cuius etymon ignorat Rabbi, et *principes* vertunt, quod tamen, ut ex locis in quibus reperitur conjicitur, non simpliciter *principes* natat, sed eos *qui post reges sunt*, qui *secreta consultationibus principum adhibentur*, et à *secreto* appellationem habent. Sunt ergo haec nomina à radice quae non est in usu *rarar*, id est, *secretum* *fait*. R. quoque Joseph et R. Salomon cum Vulgato sentiant; et quia bis hic ponitur, duo secreta Isaiæ revelata dicunt, ultionem videlicet ac salutem; quod à Chaldaeo in hoc loco mutuati sunt. Neque dubium mihi est quin de Judaeorum ruinâ et salute gentium Isaias loquatur: quod mysterium Apostolus dicit non semel *absconditum fuisse prioribus generationibus*, *illis autem temporibus* *revelatum fuisse* *Apostolis*, *gentes videlicet esse heredes et participes*, etc. Neque dubito quin ad hunc locum Isaiæ respexerit, qui ait se hoc in secreto continere, et sibi tantum id indicatum esse; q. d.: *Non vult Dominus hanc rem palam omnibus fieri, sed involutam permanere*. Nos dicemus: *Tacere volo, silere volo*; quod solemus dicere postquam aliquid coepimus aperire, quod tamen silentio premere oportebat; vel: *Praecipitur mihi ut taceam, praecipitur mihi ut taceam, et ex eponam quid sit* PSALMOS AUDIUA FINIBUS TERRE, ET GRATISSIMOS ESSE PSALMOS GENTIUM JUSTO. Sed non potest se continere Propheta qui dolorem suum prodit ob perditionem populi sui; unde ait: *Vae mihi! heu me miserum!* quod exponens R. David, licet inimicus mysterium Christi, non animadvertens quid diceret, veritatem lassus est: *Quando venturam*, inquit, *vidi ultionem in Israel tempore redemptionis, quando conflabatur, et non remanebant nisi justi, pinguedo carnis meae macruit* (nam *razi* promacae accepit); *propterea* *vae mihi, quia multi sunt inter eos praevaricatores, qui consumendi sunt universi*. De verbo autem *bagad*, quod est *currere*, vel *incurrere vi* et *injuriâ* seu *dirreptione* aliorum, supra dixi cap. 21. Repetitione autem nominum et verbi multitudinem peccantium, et quod ex animo peccatis et injuriis dedit essent, designat.

VERS. 17. — FORMIDET ET FOVEA, ETC. His translationibus solent Hebraei seriem malorum se invicem excipientium significare quorum qui quaedam vult fugere, in alia et fortè majora, incidit; ut Latini: *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin*.

Estque paronomasia in his vocibus, quae solent gaudere Prophetâ, cuius venustatem Latini non possunt exprinere: *PAHAD*, *VAPAMATH*, *VAPAH*; *pavor*, et *fovea*, et *laqueus*.

VERS. 18. — A VOCE. Sic in Hebraeo est; sed apud Jeremiam, ubi eadem sententia legitur, est à *facie*: idem ergo est. *Pavorem* verò vel *terrorem* quem hostes terram ingressi incusserunt, intelligere possumus. CATARACTAE. Nomen *arebah* est *foramen*, à verbo quod *insidiari* vel *ex insidiis erumpere* vel *prospicere* significat. Dicitur de *canino*, Osee 13; de *columbarum* fe-

nebris, infra 60: de *fenestris autem fenestris in caelo seu aere*, vulgo dicimus tempore diluvii et ingentium *imbrum fieri, seu aperiri*, dicitur Gen. 7, et 2 Reg. 7, et hoc loco. Hic ergo veluti formâ proverbialî dicitur *apertio fenestrarum caeli et commotio fundamentorum terrae pro gravissimâ tempestate et maximis periculis*, qualia sunt in magnis inundationibus, vel in terrae motibus. His itaque magnis calamitatibus ac periculis comparatur illa quae Iudaei perpressi erant à Romanis: de quibus usque ad finem capituli etiam loquitur.

VERS. 19. — CONTRACTIONE, etc. Infinitivi sunt cum verbo praeteriti aut futuri positi, Hebraico idiomatismo, tum ad confirmationem rei de qua loquuntur, tum etiam ad augmentum et amplificationem: *Depascendo depasta est terra*. Potest etiam reddi: *Male habendo male se habuit terra*; nam et hanc significationem habet verbum *raa*, quando absolutè ponitur; estque tam *culpa* quam *pena*: sed hic de pena est sermo. Vulg. rem expressit.

VERS. 20. — AUFERATUR, amovebitur. De habitatoribus et de ornatu Iudaeae intellige. Comparatio autem *pernoctatorii* continet non solum facilitatem seu celeritatem in re, verum etiam nullum doloris sensum in auferente et diripiente seu in captivitate ducente, quasi rem consueta, et quae ut sic fieret expectare videbatur, peragat. GRABATIT EAM. Hic, quæso, lector, vide venustam antithesim. Tanquam res levis et parvi momenti aut ponderis auferetur; gravatur autem transgressionem seu defectionem; gravitas enim et pondus peccati eam levem et transportantem aptam reddiderat. In his quoque verbis gravabitur et cadet altera similitudo latet; tacitè enim comparatur iumentis plus aequo onustis, quæ sub onere labuntur. Tanta, inquit, fuit terræ iniquitas et noxa, ut non valens pondus sustinere, collapsa sit. NON ADICIET UT RESURGAT. Non iterum surget, stabit, consistet. De civitate Jerusalem non iterum aedificandâ, et Judaea ad suum splendorem et dignitatem non ultra restaurandâ sub Iudaeis principibus, intelligere oportet, velint nolint Rabbinî.

VERS. 21. — MILITIAM CAELI, vel *excelsi*. Quando nomen *tesba* conjungitur nomini *excelsi* vel *caelorum*, dicitur vel de *militiâ angelorum*, ut I Reg. 22; vel de *sole*, *luna*, *stellis*, ut Gen. 2; vel figuratè de *ministerium* seu *culta in templo*, infra 54, et Dan. 8: quo pacto etiam hoc loco accipio, pro *militiâ* scilicet et *ministris templi*, qui, sicut angeli in caelo Deo, ita illi ipsi Domino in templo et assistunt et ministrant; nam et *ingredi militiam* est *peculiaris phrasi* *fungi ministerio ecclesiastico*, Num. 4, et alibi. Quòd autem templum et propitiatorium in Scripturis *caelum* dicatur, manifestum est, Deut. 26, 1 Reg. 8, etc. IN EXCELISO. Supple *existentibus*; sicut mox *super reges in terrâ*, qui scilicet suat in terrâ: de quibus pleonasmis jam supra dictum est. Hic interim vide quantum praestet dignitas sacerdotalis regiae. Illi enim in *excelsis* habitant, *reges super terram*: illi similes angelici dicuntur; isti, homines mortales, etc. Quapropter

si illi in homines degenerant, majori periculo ruant necesse est. Verum quod dicitur de regibus facit ut membrum superius pro sacerdotibus accipiam. Super utrosque ergo, tam principes ecclesiasticos quam seculares *requiritur se dicit Dominus, et rationem eorum habiturum ut pro meritis penas luere faciat*; quasi impunitas, quâ haecentibus abusi fuissent, non nisi ex indulgentiâ et quasi inadvertentiâ Domini convinnentis accessisset. Hoc indicat verbum *phakad*.

VERS. 22. — CONGREGATIONE UNUS FASCIS. Nomen *asir vincinum* notat simpliciter: hinc Vulg. pro *fascie* accepit, qui vincitur et constringitur; et nomen *asphak* ac si esset in formâ regiminis accepit (nam interdum etiam regimine *he* non vertitur in *thau*), sensum potius quam verba volens exprimere. Ego ad verbum reddidi, nisi quòd nomen *asir* in plurale mutavi, *vincini*; nam collectivè illo utuntur Hebraei, ut supra 10, et infra 42. IN CARCERE. Rectè Vulg. *at pro in* accepit, ut Gen. 27: *In gladio tuo vives*; et infra 58: *Psalmos nostros psaltemus in domo Domini*. Post MULTOS DIES VISITABUNTUR. Haec enim est vis praepositionis *mir*, ut praeposita nominibus temporis significet post. Hic locus torsit plurimos, eos praesertim qui hoc caput de Vastatione saeculi in die iudicii acceperunt: hinc Millenarî, hinc Origenistæ decepti. Ego certè, cum figuratus sermo sit Prophetae adeo familiaris ut rarò absque figuris loquantur, non video (praesertim cum id non exigat series praecedentium verborum) cur hanc *collectionem* seu *congregationem vincinum* regum et sacerdotum non accipiamus de conclusione tam corporali quam spiritali sub peccato infidelitatis, sub quo vincit detinentur quousque ingreditur plenitudo gentium.

VERS. 25. — ET ERUBESCET LUNA. Hanc *luna erubescientiam* et *solis confusionem* intellige ob excellentiorem gloriam, splendorem et majestatem regnantis Christi; quasi significet occultandum luminarium caelestium splendorem propter splendorem Christi, quem admodum splendente sole luna stellarum delitescit. Hunc itaque defectum metaphorice *erubescientiam* et *aversionem oculorum* vocavit. Hic habes gloriam Evangelii, gloriam regni Dei, quam apostolus sepe commemorat. quòd magis splendens quam facies Moisis, quòdque tanta sit Domini *Jesus gloria* ut apostoli ejus gloriam veluti speculâ excipientes, ob ingentem virtutem et efficaciam gloriae illius in claritatem et ipsi transformarentur, essentque lucidissimi, veluti soles, in orbe. Dispare profectò omnis alia claritas, omnis alia majestas, si cum majestate et gloria illius conferatur; quia *Deus cum esset, manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu, apparuit angelis, praedicatus est gentibus, creditus est mundo, assumptus est in gloria*. Volens ergo Propheta nullam alterius rei gloriam huic esse comparandam significare, elegantissimè *de confusione lunae et solis* significavit, quòd majus luminare esset Christus Dominus luminaribus illis magnis. IN MONTE SION ET IN JERUSALEM. Nemo hic cum Iudaeis et Millenariis decipiatur: his enim nominibus velabant Prophetae quae dicebant de regno Christi. SEXUS STO-

NUM. Manifestum est, hoc nomen tam in singulari quam in plurali interdum non tam atatis esse quam dignitatis et officii publici in administratione cum aeternitatis, tum politicae et ecclesiasticae. Verba autem Hebraea cum sensum generant quem Vulgatus expressit. Ego verba verbis reddidi, et in *conspetu seniorum suorum gloria*, vel *honor*: quando videlicet Dominus fuerit gloria, id est, gloriosus coram senioribus suis, primis illis Ecclesiae principibus, Apostolis Domini. Vel si suppleas verbum substantivum, hic erit sensus, et in *conspetu seniorum erit gloria*, quasi eam semper speculatur sint; neque facies avertent, etiam si gloriam solis excedat; non erunt sicut populus Juda-

CAPUT XXV.

1. Domine, Deus meus es tu: exaltabo te; et confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.

2. Quia posuisti civitatem in tumultum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, et in sempiternum non aedificetur.

3. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te:

4. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, umbraculum ab aestu: spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem.

5. Sicut astus in siti, tumultum alienorum humilibus, et quasi calore sub nube torrente, propaginem forium marcescere facies.

6. Et facies Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae.

7. Et praecipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, et telam quam orditus est super omnes nationes.

8. Praecipitabit mortem in sempiternum, et auferet Dominus Deus laetiam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universâ terrâ: quia Dominus locutus est.

9. Et dicit in die illâ: Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, et salvabit nos: iste Dominus, sustinimus eum, et exultabimus, et letabimur in salutaribus ejus:

10. Quia requiescet manus Domini in monte isto; et triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur palaeae in plastro.

11. Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum; humiliabit gloriam ejus cum allusione manuum ejus.

12. Et monumenta sublimium murorum tuorum concident, et humiliabuntur, et detrahentur in terram usque ad pulverem.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — Deleverat ruinam patriae, populique sui perdidit, et nonnulli hæc in re carni indulisse videbatur Propheta. Jam tempus erat ut perfectum virum ageret, et quomodo se habeant in hujusmodi

cus. Non ponet Dominus super faciem suam velamen; seniores ejus, veluti aquila, aciem oculorum in gloriam ejus figent: ut ad hunc locum alluserit Apostolus in illis verbis quae supra apposuit ex 2 Cor. 3. Hic locus facit ad consolationem piorum, quò non despondeant animum, neque admirentur inanem gloriam regnorum mundi, sed malint ad regnum Christi pertinere. Quod sicut non est de hoc mundo, ita ejus gloria, splendor, dignitas et magnificentia isthaec omnia puerili facit et dispare. Hic quoque animadvertit, quòd cum de gloria Christi sit sermo, cum vocet nomine *Jehova*: quod nunquam nisi vero Deo tribuitur, testibus etiam ipsis Rabbinis.

CHAPITRE XXV.

1. Seigneur, vous êtes mon Dieu; je vous glorifie, et je bénirai votre nom, parce que vous avez fait des prodiges, et que vous avez fait voir la vérité de vos desseins éternels, Amen.

2. Car vous avez réduit la ville en un tombeau; cette ville si forte n'est plus qu'une ruine; vous en avez fait la demeure des étrangers, afin qu'elle cesse d'être une ville, et qu'elle ne soit jamais rétablie.

3. C'est pour cela qu'un peuple puissant vous rendra gloire, et que la cité des nations redoutables vous révèrera;

4. Parce que vous êtes devenu la force du pauvre, la force du faible dans son affliction, son refuge contre la tempête, son rafraichissement contre la chaleur; car la colère des puissans est comme une tempête qui vient fondre sur une muraille.

5. Vous humilierez l'insolence tumultueuse des étrangers, comme un homme abattu par lardeur de la soif, dans un lieu aride; vous ferez sécher les jets des violents, comme par la chaleur étouffée d'un tempe converti de nuages.

6. Et le Seigneur des armées préparera à tous les peuples, sur cette montagne, un festin de viandes délicieuses, un festin de vin exquis, de viandes pleines de suc et de moelle, d'un vin tout pur et sans aucune lie.

7. Il brisera sur cette montagne la chaîne qui tenait liés tous les peuples; il rompra la toile que l'ennemi avait ourdie, et qui enveloppait toutes les nations.

8. Il précipitera la mort pour jamais; et le Seigneur Dieu séchera les armes de universâ terrâ: quia Dominus locutus est.

9. Alors son peuple dira: C'est la vraiment celui qui est notre Dieu: nous l'avons entendu, et il nous sauvera. Long lui qui est le Seigneur, nous l'avons attendu longtemps, et nous serons remplis d'allégresse, nous serons ravis de joie, dans le salut qu'il nous donnera;

10. Car la puissance du Seigneur se reposera sur cette montagne; et Moab sera brisé sous lui, comme le sont les pailles par la roue d'un chariot.

11. Et le Seigneur étendra ses mains sur lui, comme un homme qui nage les étend pour nager; il dépoulera toute la force de son bras pour détruire son orgueil.

12. Les fortifications de tes hautes murailles tomberont, s'abaisseront, et seront renversées par terre, jusqu'à entrer dans la poussière.

Dei indicis servi Domini in seipso exprimeret (1). (1) DOMINE. Et hoc caput et sequens laudationem Dei continet, velut enamendam ubi ea quae modo dicta sunt evenerint. Vaticinatus haecentis fuerat de gravi-

EXALTAO TE. Verbum propriè *n. altitudinem evehere* est, corporis primum; deinde ad alia que etiam provehuntur transferuntur, ut cum ad dignitates quempiam ascendere facimus, ut *laudibus evehimus*, etc. De *laudibus* hic sermo est. **MIRABILIA** *Phœ* sing. est, sed passim collectivè capitur, et *rem arduam* notat *quam homines arte aut ratiocinatione assequi nequeunt*: de quo nonnihil supra cap. 9, ubi *Vulg.*: *Vocabitur Admirabilis*. **COGITATIONES.** Vox non nudas cogitationes et simplices notat, sed eas que in nobis manent post deliberationes, que sunt veluti strata et fundamenta super que actiones quasi edificamus. Sunt ergo veluti consultationum conclusiones: *consilia dicere posses*. Nos etiam in vulgari sermone cogitationes ipsa consilia ac sententias vocamus. Per appositionem autem ardua illa et *mirabilia opera que Deus fecisset*, vocat *consilia antiqua*, vel, ut est in Hebræo, *à longinquo*, id est, que à multo tempore decreverat facere; quod Paulus dicit *ante tempora secularia*, id est, antequam esset et tempus et seculum aut mundus. Sic etiam accipiendi puto nomina que sequuntur, *fidem, veritatem*, id est, fidei et veritatis plenissima. In hunc enim usum abstractis utuntur Hebræi; quod et *Vulg.* assecutus est, *cogitationes antiquas fideles, amen*, id est, stabiles. Servavit enim vocem Hebræam, que interdum est approbantis; ejus autem propria significatio est *veritas, firmitas*. Sed pro adverbis utuntur

simis dicitur quod universo ferè orbi instabant, que ipse velut presentia cernebat, et quorum acerrimo sensu, ut pias nos esse, percelebatur. Inter has perturbaciones se ad Deum recipit, persuasumque habet, inter has tempestates velle tamen Deum Ecclesie consulere, etc. Propheta, consideratione majestatis, potentie, bonitatis et sapientie Dei, tum in punicendis impiis, tum in protegendis suis, abrumptum filium propheticæ narrationis, deique laudationem aggreditur. Gratias hic agit Propheta beatorum nomine, qui ex tantâ multitudine pauci saltem nominantur. Usus hic docet iudiciorum Dei præcedentium, nempe predicationem gloriæ Dei. Aliter, canticum hoc profertur in personâ seniorum memoratorum Isai. 24, 25; unde et hæc verba suppleta sunt: *In illo die dicitur*, ut v. 9, *vel canetur*, ut Isai. 26, 1. **DEUS MEUS ES TU.** Et eris in sempiternum; quidquid de te sentiat populus tuus impius et delector. Quidquid temptationum hinc inde me concitiat, te nihilominus Deum meum agnoscam. Aliter. Declaravisti respice te mihi bene velle, et Deum meum esse. **COGNATIONES**; hic est, promissiones tuæ quibus patefacisti nobis æterna consilia tua de hostium nostrorum deletione, nostrique protectione. Significat omnia miracula fluere ex consilio Dei, etc.; et hi apparent sensus: *Mina tuæ, et promissiones, quas ab æterno decretas prædidisti suo tempore, quas jam olim pollicitus es patribus, nunc demum fidelissimè atque verissimè complete sunt.* Quæ ab æterno decretis, sapibusque prædidisti de impiorum excidio, et piorum felicitate, illa jam fideliter adimplesti tempore iudicii extremi. *Fidelitas et firmitas idem denotant.* Inò verò distinguuntur; potest enim homo *fidelis* voluntati non respondet (ejus potentia); at in consiliis Dei utrumque concurrat. Alii locum sic reddunt. *Consilia tua sunt proci, verè et firmiter; que olim decreta, certè fide, mirificè perfeceris; consilia que dixisti ab antiquo ut adinveres, ecce, adduxisti et confirmasti.*

(Synopsis.)

nomibus Hebræi frequentissimè, ut sit interdum idem quod *verè*; ut in Evangelio: *Amen dico vobis*. Epitheta ergo divinarum cogitationum seu consiliorum sunt *antiqua, fidelia, veracita*. Primum levitatis, secundum inconstantie, tertium mendacio aut certè injustitie crediderim opponi. Hæc omnia inesse iudicis illis que admiratur Paulus ad Rom. oportet fideles fateri, juxta que factum est in Judei laborerunt, et gentes ad dignitatem eorum adiscerentur. De quibus est in hoc capite Propheta sermo.

VERS. 2. — Jam qua sint ardua illa stupenda que Dominus fecerit, aperit. **POSUISTI CIVITATEM.** Hebr. *posuisti ex civitate in*, etc. Credo esse phrasim quâ nos utimur: *Ex civitate acervos lapidum fecisti*. **TUMULUM.** Gal. est in genere *convolutio, seu volutio, seu res ipsa que volvitur*. Dicitur deaque frequentius; hic de lapidibus in acervos redactis videtur dici. Rectè per acervos aut *tumulos lapidum* veritas. Hæc civitas Jerusalem est, que *fortis et circummunita* erat muris. **DOMUM ALIENOREM, vel palatium**; est enim à verbo *rum*, quod *celitudinem* notat. Habitationes autem principum excelsores sunt cæteris. Ipsam verò civitatem hoc nomine vocat, quod tota esse regia et superbè ædificata; *alienorum* verò seu *extraneorum*, quod à verbo Deo alieni essent, postquam legitimum regem ac dominum negârunt, et se ab ejus regno per infidelitatem extorres fecerunt. Unde eos *vineam alienam et filios alienos, et non filios* Scriptura vocat. **UT NON SIT CIVITAS.** Ad verb., *ex vel à civitate*, quam phrasim cum *Vulg.* ferè omnes accipiunt. Potest et alter subesse sensus haud contemnendus: *Posuisti palatium (seu domum) alienorum à civitate*, id est, civitate privasti, ut ad tuam civitatem nihil pertinerent. Totam infidelium domum ac familiam demeristi, ne civium tuorum censerent nomine; non ad domum Israel, non ad semen Abraham, non ad veram civitatem Jerusalem pertinerent, sed cum filiis servæ que in servitatem generat connumerarentur. Hinc sensui favent phrasim et sequentia. **IN SEMPIETERNUM, etc.** Verba non convincent non reedificandam Jerusalem; nam *olam* tempus queque finitum designat. At alii sunt loci ex quibus illi colligitur, ut superiori cap. v. 20, etc. Faciunt tamen adversus Judæos, qui ex hæc voce volunt probare legem Moysis esse perpetuam, quia Deus vocavit *legitima sempiterna*, usus hæc voce non semel.

VERS. 3. — **LAUDABIT.** Hebræis *cabedu, honorabunt, honorem deferent*, iudicium tuum comprobantes, quod dignè malos malè perdidideris, et *vineam tuam aliis locaveris*, etc. **POPULUS FORTIS, CIVITAS GENTIUM ROBUSTARUM.** Ego proprias significaciones apposui: sensus idem. De civitate fidelium est sermo tam ex Judæis quam ex gentibus collectâ, qui ad fidem Abraham pertinent, qua complexati sunt semen Abraham Christum, inserti in bonam radicem ex misericordia, qui cum essent non *populus, non gens, gens stulta*, ut vocat Moses, cum essent *pauperes, debiles, claudi*, ad nuptias filii Dei vocati sunt, et civitate donati, ut essent iam non *hospites et adveniæ, sed civis sanctorum*

et domesticæ Dei. isti ergo cum illis qui non ceciderunt neque scandalizati sunt Judæis, quibus non fuit Christus in ruinam, sed in resurrectionem, qui non fuerunt *rebeldes lumini, laudabunt, honorabunt* et perpetuo colent Dominum, qui se indignos vocaverit in regnum alicui filii sui in sortem sanctorum.

VERS. 4. — **FORTITUDO PAUPERI.** Ecce quos vocaverit fortes, et quâ ratione facti sint *prevalidi*. Erant *pauperes*, ut dixi ex Evangelio, et extra civitatem, *cæci ac debiles* antequam vocarentur; erant *exhausti* (nam id propriè sonat nomen Hebræum) ut quibus nullæ suppetebant vires quibus veras divitias possent apprehendere; erant *egroti*, omnium rerum indigentes, ut qui perpetuis desideris divexarentur (id enim sonat nomen *ebion*); præda patebant, et ducebantur à dæmoniis quod volebant; denique tales quales Paulus ad Ephes. et aliis multis locis depingit. Hos vocatos honestavit, ditavit, ab injuriis liberavit, et de potestate tyrannorum eripuit; insuper et fortes ac prævalidos reddidit, ut non solum in tuto ipsi essent, sed et bellum inferrent illis à quibus captivi tenebantur, et vi cælum raperent. **IN TRIBULATIONE.** Ad verb., in *angustiâ illi*, id est, *qua illi que illum premebat*, vel in *quâ ipse erat*. Ego sensum reddidi: *Egroti in angustiâ constituto. SPES A TURBINE.* Hæc *protectionem seu latibulum* propriè designat, et interdum ad *spem* seu *financiam* transferuntur. *Zerem* quoque id *quod repente et precipitanter irruit* significat; diciturque de vehementibus imbris, et de iis quas efficiunt, *inundationibus*. *Vulg.* de vento intellexit *qui turbinatim et repente fertur*. Pro imbre hic primo loco videtur accipi, mox pro inundatione. **TERRO IMPELLENS FARIETEM.** Participium *impellens* supplevit *Vulg.* Sunt enim tantum duo nomina *zerem hir, repentina inundatio parietis*, id est, parietem. Explicat enim quidnam vocaverit *imbrem repentinum et æstum*. De hominibus, inquit, loquitur; *spiritus enim hominum prævalidorum, eorumque superbia et fastus* quo inflati in alios feruntur, non minus aliis damno est quam *impetus aquarum ex repentinis imbribus collectarum parietis* in quem fertur. Neque minus fratribus molesti sunt injusti isti et violentiæ amici, quam *æstus in locis aridis*, in quibus neque aqua ad extinguendam sitim, neque arbores umbrosæ, que umbrâ æstum temperent, reperiuntur. Damnosi ergo sunt et molesti ac graves.

VERS. 5. — **AT DOMINUS FREMITUM** superborum et frementes tyrannos *humiliat*; *æstum* quoque, et astuantes ipsos ac molestantes, suos protegendo velut *nubes*, aufert, et eorum posteritatem delet. Credentes in Christum ex Hebræis præda patebant incredulis; divexabantur ab ipsis, proscribebantur, carceribus et morti tradebantur; at eorum civitatem succendit Deus, superbos humiliavit, molestias et injurias abstulit; et hanc ob causam ingentes gratias Domino retulerunt servi Christi. Possumus et hæc omnia aliter accipere, quod cæteri populi et civitates videntes que passa esset Jerosolymitana civitas, timerunt Deum et eum glorificaverunt, et ab injuriis abstinerunt,

cum viderent atque intelligerent Dei ingenium, qui pauperibus subvenit, et superbos deprimit; pauperes protegit, et eos qui eos adurere solent opprimit: ut factus es idem sit quod esse soles. Hic sensus planus est; at superior mysterio plus quadrat. Illud: *sicut æstus in siti*, ad v. 4 puto pertinere, ut alter incipiat: **TUMULTUM, etc.** Est et supplenda dictio adversariâ quam sæpè omittunt Hebræi, res ipsas tantum oppositas opponentes; q. d.: Isti quidem istis rebus similes sunt, et non minus noxii atque metuenti; et tu, Domine, *tumultum, fremitum*, etc. **HUMILIABIS.** Hebr., *facies curvari*; et ad animum referunt. **QUASI CALORE** sub nube torrente. Verba Hebræa hunc habere sensum possunt quem *Vulg.* expressit, ac sequentibus conjungendo. Possunt nihilominus sic quoque verbi: *æstus in umbrâ nubis*, id est, calor inter umbrasas nubes; q. d.: *Affliges propaginem prævalidorum æstu seu calore, qui è medio umbrarum nubium profuit*. Solaribus enim radiis non latè diffusis, sed veluti contipatis et condensatis et è mediis nubibus vibratis in unum locum, sol vehementius dicitur adurere. Hunc sensum assecutus videtur *Vulg.*, non ergo inconsideratè flagellandus. Poteris quoque tria membra facere, ut vides in interpretatione meâ: *Fremitum alienorum humiliabis, æstum umbrâ nubis; palmes prævalidorum opprimetur*; comparaverat enim tyrannos inundationi atque æstui. De primo dixit, *eorum tumultum humiliabis*; et *æstum in umbrâ nubis*, id est, auferes nubis beneficio. *Palmes* quoque et eorum filii, ne patrum mortem vindicare velint, aut patres imitari, opprimuntur.

VERS. 6. — Non sunt in hoc et similibus locis audiendi Rabbinii. Quamdam civitatem dixerat destructam, et nunquam reedificandam, nempe materiam illam. Alterius verò, nempe fidelium, meminerat, Jerusalem scilicet novæ, ex novis creaturis in Christo adunatis, à quâ ablegavit omnes incredulos. Hanc nunc vocat sanctum montem Sionis, et hanc omnibus patere significat, atque in eâ dicit Dominum *convivio lautissimo excepturum omnes gentes*. Certè hæc est illa Cæna Dominica ad quam admisse sunt gentes, postquam Dominus juravit quòd *nemo viorum illorum* qui vocati erant, *gustarent cœnam suam*. Convivium autem dicit constare ex *pinguis et metallatis carnisibus* atque ex *optimo vino* que duo sunt in convivio potissima; per que cætera intelligit Propheta. Quibus etiam adumbrat spirituales cibos et mensas que paratæ sunt in Ecclesia fidelium locum alimoniam et spirituales delicias; inter que primum locum habet sacramentum corporis et sanguinis Domini. **VINDICABIS.** Nomen est Hebr. quod singulari caret *schiniam*, et à *custodiendo* derivatur. Significat autem *tibi reliquias in dolo*, que et suaves et odoriferæ sunt. Ego *asseraturum vinum dixi*, quòd non aliud nomen haberem. Neque enim est *vinum* quod Latini *fecatum* vocant, id est, ex facibus expressum, sed quòd immediatè supra facces residet. Est autem in hoc versu venustissima paronomasia in vocibus Hebræis, quam hic literis Latinis volui apponere, ne quis horridam et

insuavem linguam Hebraeam putet: *Faciet Dominus in monte hoc MISTE SEMANIM*, MISTE SEMANIM; SEMANIM MEMCHAN; SEMANIM MEZUKAKIM.

VERS. 7. — PRÆCIPITABIT. Verbum *billa* præcipationem quamdam notat, sed eam potissimum quæ fit in absorptionibus et in devorantibus, seu in deglutendo; hinc ad aliarum rerum præcipationem transferitur; idcirco hic vertere posses verbo *absumentis*.

VINCULI. *Lot*. hic in eadem omnino formâ bis ponitur; at Vulg. primo loco *vinctus*, secundo dicitur *colligati*. Est autem à verbo quod involvere seu velare significat, ut *involuturam* dicere posses, vel *velamen*. Neque alibi invenitur hoc nomen Scripturâ in hâc significatione. Et quidem nonnulli Rabbinii secundo loco ut participium accipiunt cum Vulg. neque malè; sensus autem idem est. R. David nescio quid de regnum mundi felicitate hic somniat: neque mirum; non enim intellexit mysterium Christi: *Et adhuc velamen super cor eorum positum est*. Ego certè idem quod secundo membro repetit existimo hic significari, et faciem involvitur vel involati nihil aliud vocare quam involuturam multarum facierum, id est, quod expansum plurimum spatii occupat: hoc mox dicit *tegumentum* quod expansum est super omnes gentes. *Præcipienter auferet*, inquit, *Dominus ac subito disparere faciet involuturam quod involutum est super omnes populos*, id est, quo omnes populi obvoluti sunt, seu *velamen velatum super omnes populos*, id est, quo velati sunt omnes populi. ET VELAM. Est nomen *massoca* à verbo *nasac*, quod *fundere* significat. Et sicut Latinis *fundere* à liquidis transferitur ad non liquida (nam et *fusum exercitum*, id est, sparsos hostes, et *suam aërem, vaporem, velamen*, etc. dicunt), ita Hebræi et aliquanto audacius, hoc verbum ad solida, quæ quomodocumque expanduntur seu extenduntur, transferunt. Hinc nomen ipsum ad *operimenta* et *stragula* transferitur; ut interdum sit idem quod *operimentum* in genere. Vulg. itaque, non reclamante origine vocis, *telam* dixit. Nam et ab hoc ipso verbo est nomen quod *licitatorum* seu *pectinem textorum*, per quod fila fluunt, significat *massaket*. Idcirco etiam quod sequitur appositè vertit: *Quam orditus est. Quam fudit, quam expandit*. Est enim participium significationis passivæ ejusdem verbi *nesuca*, q. d., *telam expansam, fusam*. Nos *tegumentum* expansum aptè veritimus; nam obscurum erat quis esset orditus telam. Sed hactenus de grammaticis significationibus; quæ omnino prius tenere oportebat; nam earum ignoratio in obscuris locis S. Scripturæ viros aliqui doctos præcipites dedit. Et ne ab eadem similitudine longius recedamus, ut mea est sententia, cum nihil sic faciat homines ruere aut præcipitari quam implicatio, obscuritas, operimenta, et ipsa denique cæcitas; cum de ablatione harum rerum per Dominum montis Sionis propheta loqueretur, aptissimè eodem verbo usus est. Dicit enim, *Dominum præcipienturam* ea quæ ad præcipiunt gentes adducebant, nempe ignorantiam seu cæcitatem, quæ, veluti quodam velo seu amplissimo tegumento per omnium nationum animos

diffuso, non erat qui quæ eundem esset posset intelligere, neque erant qui Deum aut agnoscerent, aut sicut Deum glorificarent. In monte autem illo, dato per Dominum discipulis Spiritu S. à quo edocti possent docere omnes gentes, discussum est velamen. Notam enim fecit Dominus salutem suam, et in conspectu gentium revelavit justitiam suam. Frequens autem in Scripturis est telamini ad ignorantiam declarandam similitudo. Nam et velamen super cor Judæorum adhuc positum dicit Paulus, et auferendum cum conversi fuerint ad Dominum, 2 Cor. 3. Neque discussio illa veli in templo aliud, credo, notabat, quam per Domini mortem sanctissima et occultissima quæque omnibus patere; neque in cæcitate manus nisi qui velamen suis manibus iterum super oculos ponerent, aut sese Deo hujus seculi, cujus est mentes excæcare ne fulgeat hominibus splendor Evangelii, traderent; de quibus Paulus, Ephes. 4: *Testificor, ne jam ambuletis sicut et gentes, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum*. Non erat autem in postremo loco hoc beneficium Christi collocandum. Quod si quis de regno peccati velit intelligere, quod regnavit super omnes (nam et Chaldaeus hic principatus meminit qui erat super omnes nationes), non repugno.

VERS. 8. — PRÆCIPITABIT. De verbo *billa* superiori versu dictum est quod præcipientiam notaret, verberum in cibus, etc. Quare Paulus, 1 Cor. 15, verbo *absorbendi* reddidit hæc ipsa verba Isaiæ; ubi pro in perpetuum reddidit in victoriam; quem secutus sum in versione. Nam verbum *natsac* quantum concipere possum, significat *urgere, instare, perducere operas victoriosè magnâ animi contentione ad finem usque*. Hinc *natsac, victor, triumphator*, epitheton Dei gloriosi, 1 Sam. 15: *Victor Israelis non mentietur*, etc.; id est, Deus Israelis est talis, ut evincat et perficiat si quid semel decrevit, et quod dixit opere exsequatur. Hinc etiam nomen, quod cum verbis est adverbium, quod significat actionis vel rei de qua dicitur victoriam seu excellentiam. Assumit autem sæpè *luned* à fronte, ut hoc loco, id est, ad victoriam, in finem, perpetuo, proorsis. Habac. 1: *Non pervenit ad victoriam iudicium, ad executionem seu finem*; sicut Paulus Hebr. 7 dicit, nihil *trixivov*, id est, ad finem adduxit, *lex*, id est, ad executionem, perfectionem atque consummationem. Et hæc Isaiæ locum sic vertit: *Absorpta est mors in victoriam, volens significare, quod absorpta morte vicerit et prævaluerit, regni que et triumphet vita, atque adeo quidem ut nullum amplius jus sive imperium habeat mors; vel absorpsit mortem victoriosè, omnino, seu in perpetuum*. Sic 1 Thess. 2: *Pervenit autem in illos ira Dei in finem*. Quid si vocem hæc ad modum quo mortem vici referas, quod videlicet instando maxime operi, et summo nixu totisque viribus operi redemptionis insisteri, quousque tandem eam à nobis propulsaverit, surgendo ipse quoque à mortuis? *Absorbere ergo mortem victoriosè* est animo ad vincendum parato operi redemptio-

tionis incumbere, quo delenda et absorbenda erat mors. Ob quod dicebat Dominus se coarctari donec perfereretur. Ut sic quoque accipiatur illud Joannis: *In finem dilexit eos*, id est, tanquam qui vincere ceteros amore decrevisset, et ad finem usque amoris pertinere. ET AUFERET. *Macah* est *abstergere*, seu *abstergendo delere et loco movere*. Restituit itaque mundo vitam, et eam vitam quæ non finitur. Vita enim gratia vita æterna dicitur. Et qui Dominum audit, et ejus verba servat, mortem non videbit in æternum, transit enim per mortem ad vitam. Neque hoc tantum præstitit nobis Dominus, sed ut tranquillam letamque vitam ducere possemus, ut qui suis illis bonis contentos faciat quæ nulla vis auferre possit. Hoc significat *lacrymarum absterio*, OPERATORUM. Nullum majus excogitari potuit in toto orbe quam Dei creaturas honorem Creatoris lapidibus et lignis, imò et immundis spiritibus, tribuere. Hoc opprobrium ablatum est. Supra quoque cap. 3 dixi nomen *keraph* de opprobrio quod in re aut opere consistit, id est, deformatione, defloratione, devastatione et corruptione, etc., quæ fit per gladium, per famem, etc., ut Jer. 5, et Ezech. 56. Quæ interpretatio huic quoque loco convenit, modo spiritaliter intelligatur. Quæ enim hic palantur servi Christi, ea non opprobria, non deformitates et damna reputant, sed lucra, sed gloriam. Quia DOMINUS LOCUTUS EST. Hæc, inquit, ita, ut dixi, futura sunt; nam Dominus ea futura dixit, neque aliâ indigent confirmatione.

VERS. 9. — ET AUDET; id est, eo tempore dicitur, et passim in ore omnium hujusmodi verba sonabant: *Ecce Deus noster*, etc.; quæ absque ullâ controversiâ continent congratulationem ob Filii Dei in carne præsentiam. ECCE DEUS NOSTER ISTE. Dupliciter potest reddi pronomen *re*. Primò, ut accipiatur relative simul et demonstrativè, ut solet quando postponitur: *Ecce Deus noster iste est quem expectavimus*. Sic accipitur Psal. 74: *Montem Sion illum quo habitasti*, etc.; et Psal. 104: *Locum illum quem fundasti*, etc.; et Prov. 25: *Obtempera patri tuo, illi qui te genuit*, etc. Vel simpliciter, ut nihil aliud sit quam verbum *adest*: *Ecce Deus noster adest*. Nam pro verbis substantivis usurpatur frequenter. Priorem tamen versionem probò: *Iste est quem intentis oculis animisque prestolabamur*; nam verbum *cava* gestum quoque notat qualis est nimis anxie expectantium, translatione factâ à perspectivâ, ut supra jam annotavi, et infra cap. 28 dicitur. ET SALVAVIT NOS. In præterito legendum est, quomodocumque Hebræi puncta apponant: *Ita ut expectavimus, juxta nostram spem, ita factum videmus*. ISTE DOMINUS; vel *hic est Jehova*; hic, quem videmus oculis carnis nostræ, est natura atque essentia Deus. Priori enim loco vocaverat *Elohim*, quod nomen creaturis quoque tribuitur; idè divinitatis nomen *Jehova* ei statim tribuitur. SUSTINUITUS ETIAM. Est idem verbum quod hoc ipso versu verbo expectandi reddiderat. EXULTABIMUS. Verbum *gut* tam in primâ quam in tertiâ propriè dicitur cum quis revelat gaudium cordis externis gestibus. Verbum

Græcum *ζωλλω* non multum ab Hebræo dissonat, quo utitur Lucas cap. 1: *Exsultavit præ gaudio infans*, etc. Et paulo post: *Et exsultavit spiritus meus*, etc.; neque aliud habemus quo aptius reddamus. *Justum*, inquit, est; *gestamus, exsultemus, et tristitiam omnino à nobis oblitigamus; quorum expectationi Deus noster adeo satisfacit ut eum videre, ejus præsentiam frui, ejusque salutem oculis carnere, manibus contrectare, auribus audire, ore gustare concessum est*. Quod audivimus, inquit Joannes, quod vidimus, et manus nostræ contracta erant de verbo vitæ, etc. Neque video quæ tristitia obrepere possit, animis beneficium redemptionis dignè considerantibus. Abest Judæi, aut dicant quomodo quibusque verbis manifestus potuissent Propheta Salvatorem Deum hominemque significare, si voluissent. Nam si quæ præcedunt, de convivio, de opprobrio auferendo, de lacrymis abstergendis, de morte præcipientiâ seu abstergeâ, non de Messia dicta contenderint, indident, quæso, nobis in quem hæc conveniant. Quod si de tempore Messie intelligenda sunt, quomodo in illâ die dicitur. *Iste est quem expectavimus; iste est Jehova; hic Deus noster*, si Deus non est? Quid signis ostensionis opus est, si non possunt ostendere? Si de celo per hominem tantum salvavit, sat fuisse dicere: *Sicut expectavimus, ita salvari sumus; gaudeamus, Deo gratias agamus*, etc. Sed cæcos omittamus. IN SALUTARI, vel salute. Infra 49: *In die salutis adjuravi te*. Et Gen. 49, pro *salvatore seu salute* accipere licebat: *Salvatore tuum, vel Salvatorem tuum expectabo*; loquitur enim de Christo. Nam et Simeon ad hæc verba Jacobi respiciens ait: *Viderunt oculi mei servitum tuum*.

VERS. 10. — REQUIESCET MANUS. *Manus Domini esse super aliquem* dicitur tropo Hebræico pro *gratia* et *favore*; ut Esdr. 7: *Delitit ei rex*; *Juxta manum Jehova Dei super suâ ipsum, omnem petitionem ejus*, id est, pro magno illo favore quo persequatur Esdras Deus, sive per Dei gratiam. Ita usurpatur Esdr. 8, et Psal. 80: *Sit manus tua super viram dextera tua*; id est: *Appareat virtus tua sive auxilium tuum ad nos liberandos, etc. Majus autem nonnihil est quiescere manum Domini in aliquo vel super aliquem, quo etiam verbo utitur Scriptura 2 Reg. 2: *Concessit spiritus Eliæ super Eliseum, quem nunquam postea deseruit*. Accipe ergo hæc loco perpetuè favoris, auxilii et virtutis Domini in Ecclesiâ Filii Dei; ut sit quod Dominus in Evangelio promisit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*; neque solum ut faveat protegendo, sed ut hostes quoque debellet; ut mox aperit. Hic tamen interim considera hæc quoque esse exultationis causam. Nam dicere possent qui Christum non viderunt in carne: *Vos, qui vidistis, exultate: sed nobis quæ causa lætitiæ?* his respondet: *Manus Domini quiescit in monte hoc, condescit in Ecclesiâ suâ: hic in æternum manet; ibi adest. Vobis quoque est eadem lætitiæ ratio. Beati enim qui, etsi non viderunt, tamen crediderunt. TITUBANTUR MOAB. Intelligunt omnes hostes populi Dei. Nam tempore hujus prophetiæ res erat cum Moabitibus,**

quos subegit Ezechias. Et hujusmodi nominibus excecantur in prophetis Judæi. IN PLAUSTRO. Quod *mademenah plastrum* dixit nemo vitio vertat: nam sententiam tantum reddere curavit Interpres. Est autem *domen*, sterquilium seu *finotum*, quasi *quod in silentium seu quietem reductum sit*, à verbo *damah*. Hinc velut denominativum quidam deducunt prædictam vocem; neque alibi legitur hoc nomen in Scripturâ. Constructio autem exigit Hebræis aliud verbum motis: *Sicut trituratur in sterquilium*, id est, sicut stramentum comminutum, quod in sterquilium mittitur. Non desunt tamen qui *mademenah* dicant esse nomen urbis Moab. Jer. 48 dicitur *madmen*, quod certe nomen est urbis Moab; ejus nomen interpretatur ibi Vulg. *Silens*, forte ut exprimeret allusionem ad nomen. Nam Propheta id innere videtur cum dixit: *Madmen, conticesces*, vel *tacebis. Madmen thademi*: que sanè interpretatio mihi arridet. Verisimile autem est quod ad Moabitas verba faciens Propheta, urbis Moabitarum meminert. Verum cum de paleorum trituratione agitur, ferè semper de eâ est sermo qua: fit dura frumentum excutitur, vel de eâ que in usu erat in Palestinâ et in Oriente, quam commemorat Hieronymus hoc loco, ob fœni penuriam, quò fit ut Vulg. merito *plastrum* meminert. Interpretationem de *sterquilium* invenit R. David, cujus tamen pater, ut ipse ait, pro nomine proprio hic accepit.

VERS. 11. — *Sub eo. In medio ejus, seu in intimo.* Perseverat in metaphora natantium; et Judæam, id est, Ecclesiam, comparat mari; in quâ Moabites, id est, hostes populi Dei, rari, imbelles, et in periculo, undique aque circumdati reperiuntur: quæ conditiones in servos competunt, et servitutum crederim his loqueretur formis ac figuris significari. Adde quod est gestus esse humiliantium et sese devictos fatentium, toto corpore, brachiis extensis prosterni. Fortè etiam allusio est ad quoddam gentilex devotionis genes, quæ etiam nunc apud quosdam barbaras nationes in usu est, ut curru qui vehitur idolum sese in viâ prosternant, ut mediis præscindantur rois currûs: quæ se in Deo gratissimum obsequium præstare arbitrantur. CUM ALLUSIOE MANGUM. Est hoc loco magna varietas; neque constat vel ipsis Judæis de significatione vocis *oreboah*; et quidem de radice constat, quæ *insidiari* significat, seu *insidias struere*; atque hinc deduci nomen *arabah*, id est, *foramen*, de quo, cap. 24, 18. Quid igitur impedit quominus hic pro *perforationibus* accipiamus? Neque aliud est *cam perforationibus* ma-

CAPUT XXVI.

1. In die illâ cantabitur canticum istud in terrâ Juda: Urbs fortitudinis nostræ Sion; Salvator ponetur in eâ murus et antemurale.

2. Aperite portas, et ingredietur gens justa, custodiens veritatem.

3. Vetus error abiat; servabis pacem; pacem, quia in te speravimus.

4. Sperastis in Domino in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

num ejus quam quod Vulg. dixit, cum allusione manuum ejus, quæ enim colliduntur, perforantur. Hæc est simplicissima interpretatio. Vir tamen quidam doctus, quia radix *insidiari* significat hoc nomen *prædationes* interpretatur. Quid autem alii afferant, videat apud ipsos, et judicet prudens lector. Ego Vulg. rectè vertisse arbitror. Nam hæc locutio convenit cum his que præcesserunt, *triturabitur sub eo*: *Expandet manus suas in medio ejus*, etc. Quòd si puncta negligas, ut interdum opus est, alius sensus his verbis suscipere potest à superioribus longè diversus, sed non propterea contemnendus; is sic habet: *Et humiliabit superbiam ejus populus insidiarum manuum ejus*, id est, populus qui hactenus insidiis Moabitarum erat expositus, nempe Israelitæ; am enim certum est *populum* significare cum alterâ motione: cætera patent.

VERS. 12. — *CONCIDENT.* In Hebræo est oratio activa, et in singulari, ut interpretatus sum. Sensus idem est, et in verbis videtur esse gradatio, *carebit seu curvari faciet, humiliabit, dejiciet*; *naga* autem est *tangere*, et in tertiâ *attingere facere*. Nos dicemus: *Faciam ut osculetur terram*. Sic Ezech. 15: *Attingere faciam eam ad terram*; ubi Vulg.: *Adquabo eam terre*; et est sermo de pariete. Id Latini *dejicere* dicunt; et illud *usque ad pulverem* omnimodam dejectionem designat, ut non maneat supra faciem terræ lapis super lapidem. Notus quoque Hebræis nomen est, *munitionem exaltationis murorum pro munitione sublimis murorum*, ut dixit Vulg. Cæterum sicut *MOABITAS* hic intelligit hostes Ecclesie; ita per *eorum* MUNITIONES ET MROS *altitudinem extolentem se adversis scientiam Dei* intelligimus, et *munitiones* illas quas Paulus affirmat suis se armis destruere, *ut in captivitatem redigat omnem intellectum in obsequium Christi*, 2 Cor. 10; qui locus ita hunc explicat ut ad hunc allusioe mihi videatur Apostolus. Sed de hæc captivitate ac victoriâ plura in sequentibus. His autem omnibus convenit ultima illa interpretatio versûs superioris; populus enim ille qui insidiis infidelium initio videbatur expositus, armis illis que commemorat Paulus, mundi superbiam dejecit et omnes mundanas sublimitates subvertit; quandoquidem imperium romanum cum Româ mundi dominâ illis cessit. Quam victoriam animo volvens Propheta, simul et novam Jerusalem animo contemplatus, vastatâ illâ impiorum hominum et homicidarum civitate, canticum propheticum more annectit.

CAPITRE XXVI.

1. Alors on chantera ce cantique dans la terre de Juda: Sion est notre ville forte; le Sauveur en sera lui-même la muraille et le boulevard.

2. Ouvrez-en les portes, et qu'un peuple juste y entre, un peuple observateur de la vérité.

3. L'erreur ancienne est bannie; vous nous conserverez la paix; oui, vous nous la conserverez, cette paix, parce que nous avons espéré en vous.

4. Vous avez mis pour jamais votre confiance dans le Seigneur, dans le Seigneur Dieu, le Fort, toujours invincible;

5. Quia incurvabit habitantes in excelso, civitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem.

6. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

7. Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum.

8. Et in semitâ judiciorum tuorum, Domine, sustinimus te: nomen tuum, et memoriale tuum in desiderio animæ.

9. Anima mea desideravit te in nocte; sed et spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Cum feceris judicia tua in terrâ, justitiam discent habitatores orbis.

10. Misereamur impio, et non disceat justitiam: in terrâ sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini.

11. Domine, exaltet manus tua, et non videant videant, et confundantur zelantes populi; et ignis hostes tuos devoret.

12. Domine, dabis pacem nobis; omnia enim opera nostra operatus es nobis.

13. Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te: tantum in te recordemur nominis tui.

14. Morientes non vivunt, gigantes non resurgunt: propterea visitasti et contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum.

15. Indulisti genti, Domine, indulisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terre.

16. Domine, in angustiâ requisierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

17. Sicut que concipit, cum appropinquerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tuâ, Domine.

18. Concepimus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum, salutes non fecimus in terrâ: ideò non ceciderunt habitatores terræ.

19. Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, et laudate, qui habitatis in pulvere, quia ros lucis ros tuus, et terram gigantum detrahes in ruinam.

20. Vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.

21. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum; et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra interfectos suos.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *Hoc canticum dicit decantandum in terrâ Jehuda.* Est enim fidelium canticum, et quorum est veritatem, quam agnovissent et corde crediderunt, ore ad salutem confiteri (1). URS FORITUDINIS

(1) CANTABITUR. A Judæis est captivitate reductibus, Canticum. Quod Virging dramaticum censet, consansque actibus personarum sive chororum sibi suc-

s. s. XVIII.

5. Car il abaissera ceux qui sont dans l'élevation, il humiliera la ville superbe, il l'humiliera jusqu'en terre, il la fera descendre à jusqu'à la poussière.

6. Elle sera foulée aux pieds, aux pieds du pauvre, aux pieds de ceux qui n'ont rien.

7. Mais le sentier du juste est droit, le chemin du juste le conduira droit dans sa voie.

8. Aussi nous vous avons attendu, Seigneur, dans le sentier de votre justice; votre nom et votre souvenir sont les délices de notre âme.

9. Mon âme vous a désiré pendant la nuit, et je m'éveillerai dès le point du jour pour m'occuper de vous dans mon esprit et dans mon cœur. Lorsque vous aurez exercé vos jugements sur la terre, les habitants du monde apprendront à être justes.

10. Faisons grâce à l'impie; il n'apprendra point à être juste. Il a fait des actions injustes dans la terre même des saints. Il ne verra point la majesté du Seigneur.

11. Seigneur, élevez votre main, et qu'ils ne voient point. Que les peuples jaloux la voient, et soient convertis de confusion, et que le feu dévore vos ennemis.

12. Seigneur, vous nous donnerez la paix; car c'est vous qui avez fait en nous toutes nos œuvres.

13. Seigneur notre Dieu, vous avez fait tout ce que nous possédons sans vous; faites qu'étant maintenant en vous, nous ne nous souvenions que de votre nom.

14. Que ceux qui sont morts ne revivent plus; que les géants ne ressuscitent point; car c'est pour cela que vous êtes venu contre eux, que vous les avez réduits en poudre, et que vous en avez effacé toute la mémoire.

15. Vous avez favorisé cette nation, Seigneur, vous l'avez favorisée; vous y avez établi votre gloire, en faisant qu'elle se soit étendue jusqu'aux extrémités du monde.

16. Seigneur, ils vous ont cherché dans les maux pressants; vous les instruirez par l'affliction qui les obligera de vous adresser leur humble prière.

17. Nous sommes devant vous, Seigneur, comme une femme qui a conçu, et qui, étant près d'enfanter, jette de grands cris dans ses douleurs.

18. Nous avons conçu; nous avons été comme en travail, et nous n'avons enfanté que du vent; nous n'avons point produit sur la terre des fruits de salut; c'est pourquoi les habitants de la terre n'ont point été exterminés.

19. Ceux que vous aviez fait mourir vivront de nouveau; ceux qui ont été tués dans moi ressusciteront. Réveillez-vous de votre sommeil, et chantez les louanges de Dieu, vous qui habitiez dans la poussière, parce que la rosée qui tombe sur vous est une rosée de lumière, et que vous ruinez sur la terre le règne des géants.

20. Allez, mon peuple; entrez dans le secret de votre chambre; fermez vos portes sur vous, et tenez-vous un peu caché pour un moment, jusqu'à ce que la colère soit passée.

21. Car le Seigneur va sortir du lieu où il réside, pour venger l'iniquité que les habitants du monde ont commise contre lui; et la terre découvrira le sang qui y a été répandu; elle ne retiendra plus dans son sein ceux qu'on y avait fait descendre par une mort violente.

NOSTRÆ, id est: Habemus urbem fortissimam, obfirmatam, munissimam. Hebræi hanc corationem per danti-

entium. FORITUDINIS. Substant. præ adject. fortis. De Jerusalem loquitur. SALVATOR, etc.; salutis enim causâ dixit enim Deus muro et antemurali; q. d., qui sunt in Ecclesia, immunes sunt ab omni periculo, (Vid. 2 Sam. 20, 45.) (Biblia Vatabli.)